



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De falsarijs, & in quibus casibus teneantur ad restitutionem: & an
miscentes ligaturas, scilicet argentarij & glebulas tritico miscentes aut
curtantes mensuras teneantur restituere. Cap. XLII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

tionibus remissionem, nisi quando soluit aliquid minimum in recognitionem domini, ergo multo magis conductor gabellarum impeditus bello, ab earum exactio-
 i meretur aliquam remissionem peactionis à se soluenda,
 Syluest. sed de his satis, vide Syluest. i

verb. gabel

la. 3. q. 28. ¶ De falsarijs, & in quibus casibus teneantur ad restitutionem
 & an miscentes ligaturas, scilicet argentarij & glebulas in
 tico miscentes aut curtantes mensuras teneantur restituere.

C A P. XLII.

Instituti nostri non immemores, quoniam omnes ra-
 dices restitutionis & furri rimamur: ideo de pecca-
 tis falsariorum secum inducentibus noxam restitu-
 dicere paramus.

a Sum. lat. ¶ Et primo quaeritur an omnis falsator nummorum
 c. 17. num. restituere teneatur, cui quaestioni satisfacit Navar. & per
 167. distinctione dicēs, scilicet quod qui nummos in substā-
 tia & pondere falsificat, aut qui taliter falsificatis sciens
 tales esse, vitur, reus sit restitutionis, quia damnum con-
 tingit inferri quando, falsitas sit circa substantiā, scilicet
 substituendo, aut permiscendo vnum metallum pro altero.

b l. Paulus ro^b, aut quando falsitas contingit circa pondus, minor
 ff. de solut. rem nummum pro maiori credendo. c

c l. 1. ff. de contrahen. ¶ Si autem solum falsificat formam nummorum cu-
 empt. racterem, aut formam alienam absque consensu eius cu-
 d l. sine no ius erat a nō tenetur restituere, quia licet primis duobus

mine. & l. modis defraudando in substantia, & pondere damnum
 qui nemi intulerit proximo: sed falsificator formae isto ultimo mo-
 ne ff. ad le do proximo damnum non infert, inquit Nauarrus: &

gem Corn. ita est si, ut ipse fatetur, nulla sequitur ex mutatione for-
 de fa. sis. mae illatio damni, sed credo posse contingere casum ubi

mutatio solius formae tale damnum ac per consequens
 reatum restitutionis possit inducere, quia nummus eum
 falsa forma deprehensus, aut iacturae periculo subiaceret,
 aut eius possessorem, nisi authorem falsitatis exhibeat in
 discrimine ponit, aut certe si sic forma falsa cufus, ad
 aliud territorium transportandus sit, ibi forte si aliquid va-
 loris habebit, non tati extimabitur ac si foret forma vera

exclusus.

excusus: quare videtur contra Nauarrum quod non raro ex fallitace quoque formæ nummorum inferatur damnum unde emergit restitutionis obligatio.

¶ Præterea subsequenter quæritur in casu primæ iam resolutæ quæstionis vbi facienda est restitutio, cui faciendæ est: Respondio in procinctu est, quia facienda est damnum passio si scitur. Si autem post adhibitam diligentiam inquisitionis adhuc ignotus sit: restitutio facienda venit pauperibus. arg. capit. cum tu. de vsuris.

Qd. 1.

¶ Sed quid si quis ignoras tales nummos falsos accipit, similique ignorantia, in alium transtulit eos in pretium rei quam ab illo emit. Ad hanc quæstionem respondetur primo quod in hoc casu si ignorabat prædictos nummos esse falsos, ea durante ignorantia inculpabili, excusatur à restitutione.

Qd. 2.

¶ Sed quid si talis ignorantia postea auferatur, circa id dubij sit secundum dictum si postea talis ea ignorantia excusatus rescuerit nummos, quos in pretium rei empta dedit fuisse falsos, tunc tenetur damnificato satisfacere: patet, quia eius error alteri nocere non debet. Hoc autem dictum cordate videtur Nauarrus loco citato moderari, dicens, tenetur damnificato compescere, qui ignorantem ei contulit nummos pro veris falsos, saltem quando eos dans fuit in culpa accipiendo nummos falsos pro veris, quia videtur in casu vbi i abfuit culpa non sit ad restituendum damnus obligandus in conscientia, nisi forte ratione rei acceptæ, quia rem acceptam & empta pro illis falsis nummis apud se adhuc retinet secundum Sotum, quia tunc etiam in foro exteriori eam cogetur restituere damnus passio, id est eius venditori.

Qd. 3.

¶ Sed adhuc dubitatur quid si iam ij nummi falsi de manu ad manum in manus plurium translati sunt, cui facienda est restitutio? Respondetur plane, qui eam pecuniam falsificauit, vel in eius defectu, qui sciens eam esse falsam eam iam per contractum in alium transtulit, & in defectu horum, si non restituant: qui etiam ignorans esse falsam pecuniam in alium transtulit: tenetur eam restituere, si sua ignorantia saltim fuit culpabilis, quia in culpa fuit accipiendo pecuniam falsam pro vera id non aduertendo: cum posset, & deberet aduertere: Tenetur inquam

restituere non cui ipse dedit si talis pro vera, eam pecuniam alteri rursus dedit bona fide, sicque iam non est damnum passus, sed ei qui re vera damnum passus est, facienda est restitutio etiam si sit vitimus.

*e Qui num
mos aurei
vasis, vel
iuncturis,
vel si sit li-
ber damna-
tur ad be-
stias, si ser-
uos v. l.
sup. i. iun-
tur. ff. de
falsis. l. qui
cunque nu-
mos.*

Q. 4.

*f Cord. in
tract. de ca-
sib. consecr-
tie. q. 30.*

¶ Similiter qui autoritate priuata forcipibus, & aut aliis instrumentis circuncidit, aut acribus aquis attenuat nummos, obnoxius sit restitutioni damni iuxta glossam receptam in cap. quanto de iureiurando, quia priuata, & non publica autoritate id faciens teneretur restituere id quod corradere ei, qui cudi iussit, aut monetario, qui eos cudit si illud plus perit ipsi monetario, & non iubenti eudere.

¶ At iam illa quæstio se offert vtrum argētarij vel aurifices licite eodem auri pondere vendunt glutinum, vel ligamen alterius metalli, vel materię, quod auro immiscent ad compactiones, vel iuncturas operis sui conficiendas? Nam videtur id eis nequaquam licere, quia integre mercedem sui operis accipientes mixturam illam non subtrahunt à pondere vasis aurei, vel argentei à se confecti. Quæstio est, cui respondet, quod si sine fraude huiusmodi argētarij solum immiscent alterius materię ligamen pro iuncturis vasis conglutinandis, iuxta suam artem necessarium: possunt sui laboris integram recipere mercedem non computando pondus ligę, vel mixtę materię alterius in sui laboris stipendio, propter apparentes rationes. Primo quia dum ad hęc vsum parum misceat alterius metalli inferioris, iuxta artem, dū est necessarium id in partem pretij iusti ipsis argentariis videtur impendi secundum communem estimationem. Tum quia in ceteris artificialibus mixturis, aut confectionibus id accidit esse licitum: nam faber ferrarius in ferruminatione, & compactione ferri cum ferro solitus est immiscere puluere arenę, & pharmācopola in confectionibus medicinalibus interdum necessario immiscet aquam naturalem, aliasve materias fere nullius pretij vt melius fiat earum contemperamentum. Has tamen postea merces venales exponunt, nihil adimendo de pretio, pro tali extranei mixtura: nam & etiam in confectione vini, in mustum in aliquibus regionibus, aliqua lagena aquę in fundi solent, quia id ad bonificandum condidit.

domque

demque vinum necessarium esse taliter agentes experti sunt. Similiter caldariarum artifices Hispanice *caldereros* nuncupati immiscunt ferrum cum ære ad iuncturas cōficiendas, vel ad contemperamentum operis, tamen pro ære caldarias suas vendunt nihil dementes pro mixtura ferri, sic in casu quæstionis licite fit sicut in his casibus præactis.

¶ Secundo dicitur quod tales argentarij plus extraneæ materiæ, aut metalli si immiscerent in suis operibus argenteis, vel aureis, quam secundum regulam artis suæ sit necessarium miscere, tunc id non caret culpa mortali: nisi modica admixta materia à culpa excusetur, & sicut nõ excusatur in hoc casu à culpa, ita neque à restitutione.

¶ Ex quo infert corolariè ibi Corduba quod & verum est quod refertur quod sunt aliqui argentarij, qui cum pondere septem regalium argenti immiscunt in iuncturis operis cōficiendi, pondus trium argenteorum, vel eo plus in ære, vel in alterius extraneæ materiæ mixtura ad ligaturam, si huiusmodi artifices nihil demunt hac de causa de pretio sui laboris, neque huius rei gratia aliquid remittunt de alias sibi soluendo pretio, genus hoc est fallaciæ, & veluti vitium occultum est à paucis intellectum. Atque ideo contrahentes sic cum his argentariis non præsumuntur tacitè, vel expresse in huiusmodi fraudem consentire. Et quia potissime vbi interuenit opus aureum: non modicum solitum est interuenire ex hoc detrimentum. Ideo cum notabilis quantitas venditioni exponitur, teneatur argentarij, vel patefacere pondus extraneæ mixturæ, vel id subducere à pretio facturæ. Alioquin culpa mortali non carent, neque liberi manebant à restitutione valoris.

¶ Præterea quia de restitutione quæ ex deceptione, vel Q. 5. falsitate confurgit hic incidit sermo: non dissona est ab hoc loco disputatio, vtrum venditor vitium vel falsitatem rei, quam exponit venalem teneatur patefacere emptori. ¶ Nunc igitur breviter, alias in materia venditionis laus dicturi dicimus eum Victoria quod vendens dum rogatus de vitio occulto non mentiatur valide vendit tacendo defectum rei defectuosam & minuendo de eius pretio contra iustitiam, quia deceptio dans causam contractui

tractui non semper eum inualidat nisi quando res sic empta non conducit ad vsum sicut valet matrimonium ducens uxorem pauperem quam diuitem esse putabat alias paratus cum ea non contrahere si veritatem scisset, idem asserimus in conscientia cum Soto & cum sancto Thom. probabiliter quod venditor si cauet danum dare, scilicet puta quia rem non plus vendit quam valet cum suo vitio, si simul cum hoc nulli emptorem obijciat periculo, & res sit emptori pro proij ratione proficua & vsui, nulla ratione aut lege compellitur talis rei venalis vitium patere, quia detectio vitij facit rem viliozem apparere, quam sit: quate in sua summa inquit Pedraça vendens equum umbraticum, qui pauet ad umbras non teneret hunc eius defectum detegere: si diminuat pretium ratione huius defectus, iuxta valorem quem sic cum suo vitio valet tantum vendens inique non agit, quia postea emptorem mouere potest de hoc vitio, vt admonitus possit cauere periculum, & huius ratio est, quia vt existimauit Victoria contra alios inuoluntarium non vitiat contractum nisi fiat iniusticia. ^h

h *hac probant Carier. & D. Tho. quod lib. 20. art. 1. contra Inter. in sua instr. Etio. & contra Sylue. verbo Emptio. §. 2.*

¶ Deinde quaeritur quia genus falsitatis est mensuram curtare, vtrum absque vitio iniusticia liceat alicui priuato minvere mensuram mercium puta vini, aut olei: Respondit Sotus de iust. & iur. quod aliquando circa iniusticiam mensura a priuato puta a venditore minuitur, scilicet quando emptores nolunt emere vinum, quantum valet vera, vel propter monopolium eminentium, vel propter grauamen senatoris populi, quia re vera non vult vinum, vel merces iusto, & aequivalenti pretio taxare: sed euidenter minus iusto pretio taxat merces, quia tunc venditor cum sua euidenti iactura, & lucro ciuitatis non teneret inseruire ciuitatis necessitatibus, quia secundum ius nemo cum alterius iactura locupletari debet.

Qd. 6.

¶ Addit tamen secundo Sotus, quod etiam in casu quo venditor mensuram fraudando, vel substantiam rei vitando, iniusticiam sic faciendo non committat, puta quia et pretio demit quod in mensura tollit, vel in substantia vitiat, iuste tamen a magistratu punitur: si sic fecisse deprehendatur, licet aliquando propter supra dictas rationes, & causas sine crimine id faciat, quia oportet occur-

rete scandalo populi, & succidere calumniandi & fraudandi causas.

¶ Sed in speciali quaeritur de illo genere falsitatis quādo venditor rem vnam pro alia vendit, vt verbi gratia vt si confecti, & cupedias confectas ex melle venderet pro confectionibus & cupedijs confectis ex saccato, vel si venderet vinum Salmantinum pro vino Alaxi ^{Q. 7.} i Met. in no. de Alajos? Respondetur secundum Metinam ^{sua instr. fil. 141. §. 25. d. non dir. reg. 2.} quod plane in tali venditione interuenit iniustitia quando res, vel merces quæ pro alijs venduntur minus valent, & tamen æquali pretio venduntur, sicut merces quas venditores mentiuntur esse, vt si vinum Salmantinum quod minus valet pro Alaxino plus valenti venderet quis fingens esse Alaxinum.

¶ Secundo dicitur in casu quo contingeret quod aliquod vinum Salmantinum tantā præstaret bonitare, tantumque commoditatis afferret emptori ac si esset Alaxinum vinum: tunc secundum authores graues, vt testatur Metina (licet sibi magis probabile appareat oppositum) si pretio æquali cum pretio Alaxini vini venderetur, neque iniustitia tunc videtur interuenire, neque iniusta esset talis venditio, neque vlla restitutionis obligatio inde emergeret, & hoc potest tute teneri: licet Metina probabilius ibi censeat esse contrarium hac inductus ratione, scilicet quia interuenit fraus in contractu, & quia emptor noluit talem rem emere neque pro ea suæ pecuniæ transferre dominium, vnde contractus videtur fuisse nullus. Sed pro contraria opinione facit regula supradicta generalis Victorix quod saltem in conscientia in voluntarium in contractu non vitiat contractum, nisi ibi interueniat inæqualitas iniustitiæ, & regula illa generalis Iuristarum, quod dolus dans causam contractui, id est, quando alias non fieret contractus venditionis nisi talis interueniret ignorantia & dolus, vitiat, & annullat contractum, regulariter, & semper est vera in foro exteriori: sed secundum Victoriam, imo & alios doctores quibus videtur fauere Diuus Thomas, non semper est vera in foro conscientix, quia ^{Th. 2. 2. Thomas insinuat quod vbi cessat periculum & damnum, §. 77. art. 3.} quia ratione defectus demit venditor de pretio præfer-

tim

tum ubi vitium mercis de se est manifestum, non tenetur illud venditor detegere, ubi significat tunc non inualidā fore venditionem.

Q^o. 8.

¶ Ad hæc in dubium verti hic potest utrum aurum alchimicum pro vero vendi possit; huius quæstionis meminit Divus Thomas: ¹ sic istud dubium dissoluit, quod si aurum, vel argentum per artem alchimicam factum veram speciem auri, & argenti non habeat fraudulenta, & iniusta est talis venditio, si pro auro vero, aut pro vero argento vendatur, quia verum aurum, & argentum ex sua naturali virtute plures commoditates solet asserere, quam si sit sophisticatum: si autem per alchimiam fieret aurum verum, non esset illicitum ipsum pro vero vendere, quia ut ibi per hæc verba tradit Divus Thomas, nihil prohibet artem utriusque naturalibus causis, ad producendos naturales & veros effectus, sicut Divus Augustinus dicit ^m de ijs quæ arte dæmonum fiunt, ubi Divus Thomas insinuat verum aurum posse fieri per alchimiam, quia nunquam aut raro per artem alchimicam verum aurum fit, neque argentum propter eius perfectionem. Potest tamen fieri ab habente veram artem si talis esset ut. 2. 2. loco citato innuit, quare alchimie ars secundum se non est illicita, si fiat sine fraude. Neque est peccatum vendere per alchimiam factum pro re quæ est, sicut de alijs rebus artificialibus, non tamē nec illud vendere pro re quæ apparet, quæ in re veritate talis non est, quia hoc est decipere proximum secundum Caiet. in summa, verbo Alchimia

¶ Tandem advertito, quod quando rem vitiosam pura equum claudum quis vendit, tamen si neque ille venditor, neque emptor norunt hunc defectum, huiusque se voluerunt exponere periculo, iniusta non esset talis venditio secundum Metinā: ⁿ secus si sciente defectum venditore, & ignorante illum emptore contrahatur venditio.

ⁿ Metina
instr. fol.

142. reg. 3.

¶ Præterea casus hic obuiat contingibilis, cuius meminit Metina in sua instructione, folio. 142. circa regulam 4. si quis privatus homo dum penuria subest tritici rot modia haber tritici, & quo plura ea vendat cum purgatum, purumque sibi sit triticum, ei glebulas terræ immisceat, sine quibus regulariter triticum aliorum non solet vendi

Q^o. 9.

vendi, sicq; per hanc mixturam terræ ex tribus mensuris, seu fanecis, & dimidia tritici conficit quatuor, vertitur in questionem an hic bona conscientia pretium illius dimidiæ fanecæ sibi reportare possit. Profecto res est non satis patens, nam videtur licite id pretij potuisse reportare, quia si huiusmodi triticum innatum esset, & collectum cum terræ glebulis, sicut ab alijs agricolis ex area reportari solet, non teneretur iste illud repurgare: sed posset illud sic vendere impurgatum, & incibratum, ergo videtur culpa carere si id modicum terræ immiscuerit cum quo reliquum aliorum triticum solitum est communiter inveniri. Metina proponens hunc casum, sic sibi sufficienter est visus illum dissoluisse: dicens non nihil esse discriminis inter utrunque casum, quia in primo casu vendens triticum cum glebulis terræ cū quibus ordinarie ex area & messe solitum est colligi nihil machinatur fraudis, quia suum triticum bonum, vel malum, prout auctor nature illud produxit venale exponit. Cæterum in secundo casu, vbi tritico iam repurgato immiscetur aliquid terræ fraude usus est venditor, quare contractum invalidum esse ait tenerique talis tritici venditorem refarcire damnum obueniens emptori.

¶ At profecto licet apud me nõ parum valeat Metinæ autoritas, tamen eius ad hunc casum responsio non satis mihi arridet, quia fateor in primo casu abesse fraudem, & in secundo interfuisse fraudem in terræ mixtura, sed cum fraus hæc non imminuat vel adaugeat pretium iustum tritici, non video quomodo inducat reatum alicuius restitutionis, & vt parentius appareat mea mens. Arguitur sic contra Metinam, si alius agricola quale triticum solet recondi ex area communiter cum aliquibus glebulis terræ non immixtis ex industria, sed ex solo areæ contractis vendat iusto pretio alicui emptori puta fanecam pro decem argenteis quod est pretium tunc communiter currens non iniuste facit, sed pretium istius tritici par est eo quod quia purissimum erat, facta ei terræ mixtura non fecit illud deterius (vt supponimus) quam aliud triticum quod cum simili, aut æquali quantitate glebularum ex area colligi solet. Ergo nulla inæqualitas est, tanto pretio, & non maiori fanecam illius vendere, sicut valet

let aliud triticum tantundē & cōmuniter sūm purū à terra.

¶ Et adhuc magis & pressius insto, si aliquis emptor vellet sibi emere triticum in summo purgatum, & per cribrum sæpius cribratum quale solet molendino molendum committi, neque contentus esset emere triticum, quale communiter non tam repurgatum vendi solet: sic profecto iuste ab eo aliquid plus pretij pro faneca in summe repurgata exigeretur, quia sic magis valet. Ergo si triticum purissimum istius: quia sine ordinaria mixtura glebarum erat, magis valebat, nulla commissa fuit inæqualitas per fraudem venditoris immiscensuram: per quam mixturam pretium sui tritici antea purissimi ad id valoris descendit, qui pro simili tritico solet exigi. Nec videtur ex tali fraude, vel mixtura non excedenti alias ordinarias mixturas aliquod damnum emptori parari, quia si similis mixturæ ordinariæ, & non apposite manu triticum ab alio emisset iusto pretio, non diceretur damnum reportasse. Ergo neque ab hoc venditore in nostro casu postquam simile, & eiusdem bonitatis, & qualitatis, & valoris triticum, & eodem pretio, & non maiori, & in eadem mēsurā, & mixtura emit: neque enim mixtura ordinaria tritici cæteris paribus aliud constituit distinctum pretium.

¶ Vnde nisi aliud in tali mixtura intercesserit damnum dum talis mixtura etiam de industria facta, ordinarias non fuit excedens, salua autoritate tanti viri, talem venditorem ad nullam restitutionem obligarem.

¶ Secus est si venditurus triticum de industria humido loco reponeret, quatenus ex humiditate contracta turgescens, inde mensuras plures impleret, quia hic proculdubio interuenit fraus damnum inferens, ac per consequens restitutionem inducens, tum quia triticum humectatum corruptionis non nihil solet contrahere: tum quia postea dum exiccatur in quantitate, & mensura extenuatur. Imo si quis non ex industria fecisset: sed postea sic deterioratum suum triticum reperisset, tenetur illud vendendo ratione huius pretium vilius exigere, quia iam tunc viliori pretio valet.